

Alte Drucke

Concordia ... Christliche, wiederholte, einmütige Bekenntnis nachbenannter Kurfürsten, Fürsten und Stände augsburgischer Konfession und derselben

Magdeburg, 1580/1581

VD16 K 1998

Verzeichnis der Doctorn vnd Prediger/ so sich zur Confession vnd Apologia
vnterscriben haben.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148417

Der Augsp. Conf. vnd Apol. unterschriebene.
Verzeichnis der Doctorn vnd Predi-
ger / so sich zur Confession vnd Apologia
unterschrieben haben.

Anno M. D. XXXVII.



E mandato Illustrissimorum Principum, & ordinum, ac ci-
uitatum Euangelij doctrinam profitentium, religimus arti-
culos Confessionis exhibitæ Imperatori in Conuentu Au-
gustano, & Dei beneficio omnes Concionatores, qui in hoc
Smalcaldensi Conuentu interfuerunt, consentientes pro-
tentur, se iuxta articulos Confessionis & Apologiæ sentire, & docere in
suis Ecclesijs, profitentur etiam, se articulum de primatu Papæ, & eius po-
testate, & de potestate & iurisdictione Episcoporum qui hic Principibus
in hoc conuentu exhibitus est Smalcaldiæ, approbare, Ideo nomina sua
subscribunt.

Ego Iohannes Bugenhagenius Pomeranus D. subscribo articulis Confessio-
nis Augustanæ, Apologiæ, & articulo de Papatu Smalcaldiæ principibus
oblato.

Et ego Vrbanus Regius D. Ecclesiarum in Ducatu Luneburgensi Superin-
tendens, subscribo.

Nicolaus Amsdorff Magdeburgensis subscripsit.

Georgius Spalatinus Aldenburgerensis subscripsit.

Ego Andreas Osiander subscribo.

M. Vitus Dieterich Norinburgerensis subscripsit.

Stephanus Agricola Ecclesiastes Curiensis manu propria subscripsit.

Iohannes Draconites Marburgerensis subscripsit.

Chunradus Figenbotz se subscripsit per omnia.

Martinus Bucerus.

Erhardus Schnepffius subscribo.

Paulus Rhodius concionator in Stetin.

Gerardus Oeniken Ecclesiæ Mindensis Minister.

Brixius Northanus Sufatensis Concionator.

Simon Schneuteis Parochus Crailsheim.

Rursum ego Pomeranus subscribo nomine Magistri Iohannis Brentij,
quemadmodum mihi mandauit.

Philippus Melanthon subscribit manu propria.

Ar-

Antonius Cornutus subscribit, tam suo quam Adami à fulda nomine manu propria.

Iohannes Schlähinhausen subscripsit manu propria.

M. Georgius Heltus Forchemius.

Michael Caelius Concionator Mansfeldensis.

Petrus Geltnerus Concionator Ecclesiae Franckensurdenfis.

Dionysius Melander subscripsit.

Paulus Fagius Argentinenfis.

Vendalinus Faber Parochus Seburgae in Mansfeldia.

Conradus Oringerus Phorcensis Vdalrici Ducis Viurt. Concionator.

Bonifacius Vuolfart, verbi minister Ecclesiae Augustanae.

Iohannes Aepinus Hamburgensis Superintendens subscripsit propria manu.

Idipsum facit Iohannes Amstertamus Bremenfis.

Iohannes Fontanus inferioris Helsing Superintendens subscripsit.

Fridericus Myconius, pro se & Iusto Menio subscripsit.

Ambrosius Blaurerus.

Legi, & iterum atque iterum relegi Confessionem & Apologiam ab illustrissimo Principe Electore Saxoniae, & alijs Principibus ac statibus Romani Imperij Celsae Maiestati Augustae oblatam. Legi item Formulam concordiae in re Sacramentaria Vvittenbergae cum D. Bucero, & alijs institutam. Legi etiam articulos à D. Martino Luthero, Praeceptore nostro observandissimo, in Smalcaldensi conuentu Germanica lingua conscriptos, & libellum de Papatu, & de potestate ac iurisdictione Episcoporum. Ac pro mediocritate mea iudico haec omnia convenire cum sacra Scriptura, & cum sententia verae & antiquae Catholicae Ecclesiae. Quanquam autem in tanto numero doctissimorum virorum, qui nunc Smalcaldiae conuenerunt, minimum omnium me agnoscam, tamen quia mihi non licet exitum huius Conuentus expectare, obsecro te, clarissime vir, D. Iohannes Bugenhageni, Pater in Christo observande, ut humanitas tua, nomen meum, si opus fuerit, omnibus illis, quae supra commemoravi, adscribat, Me enim ita sentire confiteri, & perpetuo docturum esse per Iesum Christum Dominum nostrum, hoc meo Chirographo testor. Actum Smalcaldiae, X. X. II. Februarij, Anno. M. D. XXXVII.

Iohannes Brentius Ecclesiastes Hallensis.